

*dum, secundum quem lanii sunt facientes; deinde illum solvunt statim. Si autem pernoctat transgrediuntur super illum praeceptum negativum. Quemadmodum dicitur: non pernoctabit cadaver eius in ligno sed sepeliendo sepelies illud hoc die, nam maledictus est Domino suspensus; qua propter dicitur: quem in finem hic suspensus est? quia maledixit nomini lebonae, et hoc factio nomen coelorum, id est, Dei profanatur.*

Quum igitur verum sit, quod omnis **BLASPHEMVS** et **IDOLOLATA** **TRA** **EX** **ARBORE** **SUSPENDATUR**, et iamiam in primo paragrapho ostenderimus, e) quod **STEPHANVM** Iudaei, et imprimis studiosi **SYNAGOGAE MAGNAE** coram *Synedrio magno*, cuius erat, **FALSVM** **PROPHETAM** et eius dogmata diiudicare, *blasphemiae et falsae prophetiae* **REVM** accusauerint, et effecerint, ut **LAPIDATIONIS** supplicium subire condemnaretur; ergo non uideo, cur dubitemus, eos hoc opprobrio **MARTYREM** nostrum affecisse, cum tamen tam irati in illum, uti luculenter e tota **MARTYRII** historia apparet, eum omnibus uituperii generibus, a primo momento *accusationis* ipsius, usque ad mortem persecuti essent. Vtrum igitur sententia **BASNAGII**, f) **LIGHTFOOTI**, g) aliorum-

e) pag. huius dissertationis 17. et 18.

f) in Annalibus suis ad annum XXXVII. §. 14.

g) in libro suo supra citato pag. 138. credit quidem hic uir, quod **STEPHANVS** *suspensus* fuerit, sed non statim primo ictu lapidis mortuus, potius autem genua flexerit, et Deum inuocauerit, quod creditu difficile est, inquit: *These that were stoned, were also hanged: there is some dispute among the Talmudists whether all were hanged, that were stoned: but howsoever, they conclude that blasphemers, and Idololatries were: and this helps us still to understand the usage of Steven whom they condemned, and stoned for blasphemy, for so they made it: He was first dasht upon a stone by one of the witnesses, and then a huge stone dasht upon him by the other, yet died he not by either of these, but recovered his knees againe, and died kneeling and praying, all the people flinging stones at him;*